



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XXCI. Ad D. Richardum Streiniu[m] Baronem Schuarzenauium, Caes.  
Consil.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

*Tertia iam donas solus, patre nempe volente:*

*Ac quoties crescunt munera, crescit amor.*

*Iam satis ô satis est: numero Deus impari gaudeo.*

*Perfectus numerus dicitur esse triplex.*

*Quid? quod tres Charites sunt, & tres inquit.*

*Gratia nunc tandem me triplicata decet.*

*Multa tibi memor, atque tuis ego debeo muneribus.*

*Fratribus: & gratus vix satis esse queo.*

*Carmine, quod possum, si non mortale futurum.*

*Perpetuum vobis conciliabo decus.*

LXXIX

In Venerem.

*Cur, Ascræ senex, Venus est (dic) aurea dicitur.*

*An quòd iners auro conciliatur amor?*

*Sit virtus tua magna licet: nunc omen in auro.*

*Est melius. sic est aurea rota Venus.*

XXC.

Achiori ab Vlm EQ. & Ma

gistro Cueriæ Badanæ.

*Sæpe solent hominum sensus pervertere rectos.*

*Quattuor hæc: odium, munera, terror, amor.*

XXCI.

Ad D. Richardum Strein

Baron em Schuarzenaium, Cæs. Confili

genus, & virtus, cum re, te magne RICHAR-  
Commendat, atque dignitas. (DE

pietas magis, & magnum doctrina per orbem  
Hinc inde jam notissima.

Latium loquitur: te Gallia prædicat: altrix  
Te laudat & Germania.

Te gens omnis amat: tibi verum præstat honorem,  
Quem debet, omnis natio.

Præcipue te Roma colit: si stemmata quando  
Legit suorum civium.

Quid memorem? quàm sis cui prudentia nostri,  
Togæque Romanæ decus:

Præsidium lumen: Latine facundia lingue:

Ac dulce præsidium fori.

Mitte tot, & tantis Baro dotibus inclyte: cælo

Te Musa jam dudum beat:

Propterea cui tua ritè litavit, chartaque: nomen

Aeternitas sacrat tuum.

XXCII.

Ad D. Georgium Mehlium

Streelitz, Dominum Greifstenium, Cæs.

Cons. & Procancellarium Boëmia.

Quæ quum virtus maior foret, arsque rogata:

Magnus honor vatum semper in orbe fuit.

Quæ quum virtus facta est minor, arsque toga-

lam minor est vati, vel quoque nullus honos. (ta:

C 3 Quod